3440 Herculi | conserbatori | A. Sergius | Megalensis | curator II | sociis cultor. | Larum et imag. | August.[1] dedit. *(In latere)* idibus Nove. | Quintilio *(sic)* | et Prisco cos.[2]

Romae (VI 307 vidit de Rossi). — 1) *Curator iterum sociis cultoribus Larum et imaginum Augusti (cf. infra N. 3543 not. 1).* — 2) *A. 159.*

3441 Herculi | restitutori[1] | C. Iulius Hilario.

In Pisidia, ibi ubi fuit Tymandus (III S. 6867 vidit Ramsay). — 1) *Idem cognomen in Silvano infra N. 3564, item in Iove supra N. 3002.*

3442 Herculi domestico[1] | T. Aeli Rubri Superstitis.

Tibure rep., basis in cuius superficie supererant vestigia pedum, clavae, pellis leoninae (XIV 3542 saepius descripta). — 1) *Vocabulum non omnino certum* (d...stico *similiterque apographa accurata).*

3443 Herculi | tutori | domus | Novelliana[1] *(In postica: Hercules cum leone pugnans. In latere: arbor Hesperidum. In altero latere: clava et pharetra).*

Capuae rep. (X 3799 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3252.*

3444 Herculi | Aeliano[1] | sacrum, | quem consacra|vit Sammius | Tertullinus | ex maioriario[2].

Mirabellae, ubi fuit Aeclanum (IX 1093 vidit Mommsen). — 1) *Similia cognomina Herculis supra N. 3080, infra N. 3468.* — 2) *Officii vel potius militiae quoddam genus videtur significari; cf. supra ad N. 2148.*

3445 numini domus Aug. | sacrum. Herculi salutari[1], | quod factum est sodalic. horr. Galban. cohort. . .[2] | A. Cornelius Aphrodisius quinquenn. | aediculam novam a solo sodalibus suis pecun[*ia*] | sua donum dedit. | Dedicavit k. Iunis Quintillo et Prisco cos.[3]

Romae rep. sub Aventino, est Neapoli (VI 338 cf. 30744 recognovit Huelsen ad ectypum). — 1) *Herculem salutarem ab horreariis cultum habemus etiam VI 339 (cf. not. 2), cf. item infra titulum Genio horreorum Leonianorum dicatum.* — 2) *Sodalicio horreorum Galbanorum, cohortis (sequebatur numerus). A simili sodalicio horreariorum cohortis secundae positus est titulus supra N. 1622, a collegio Herculis cohortis primae VI 339.* — 3) *A. 159.*

3446 sanctissimo Herculi | invicto | corpor. custodiarior. | L. Curtius Abascantus, cum | Curtio Gaudente fil. | imm. a. IIII[1], | crateram argyrocorintham | cum basi sua et hypobasi | marmorea | sua pecunia donum | dederunt. | Dedicat. VIIII k. Iun. | Ser. Scipione Orfito Q. Non.[2] Prisco cos.[3]

Romae (VI 327 vidit Henzen). — 1) *Immuni annorum quattuor.* — 2) Non. *postea additum (Huebner ex. scr. ep. 285), vide an manu recenti.* — 3) *A. 149 (alter consulum praeterea dicitur Sosius Priscus).*

3447 Herculi bull.[1] | M. Ulpius | Aug. lib. | Timocrates | aeditus | d. d.

Romae (VI 302 vidit Henzen). — 1) *Bullato, intellegit Mommsen, cogitans de Hercule puerino (cf. N. 3430).*

3448 Hercoli celeri dat | A. Rutilius P. l. Antiocus.

Romae (VI 304 cf. add. p. 3012 vidit Stevenson).

---

archive.org